ODO LUCENSIS. FLORUS LUGDUNENSIS. GUALTERUS DE MAURITANIA. SENTENTIAE. HUGO DE SANCTO VICTORE

Waldsassen (Oberpfalz) (?), Ende 12. Jh. Seite 26r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=460
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

adhuc indistincta porrigebat. Simules enim ut diximus cati fuerunt angli scilicet et illa corpea materia. Unde aug. ita exponit hoc locum. In principio creauit ds c. et t. Celum. i. angelos. terram. i. illam totam corpeam machinam. in cui superiori parte facti fuerunt angli. Si; si in celo erat quemadmodum legitur in ysaia dicet lucifer ascendam in celum. po. sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo. Si; ubi uocat celum sublimitatem diuinitatis. Ascendam. i. ad equitatem diuitatis. De inde restat inde quales fuerunt.

De statu angelorum in principio siue creationis.

Si prima ordinatione tria inuenientur esse attributa. essentia indiuisibilis et immutabilis. et ideo indefinitens per rationem naturalem insita. intelligentia spiritalis. Liberum quoque arbitrium quod potest sine uolentia ad utrumlibet per propria uoluntate deflecti. Solet a quibusdam queri utrum boni mali. iusti iniusti. beati miseri creati sint. Fos fuisse bonos in primo exordio creationis stare deb; id est sine uicio. Non enim creator omnium potest auctor malorum esse. Sed nec iusti nec iniusti tunc fuerunt nec aliquam iustitiam tunc habuerunt. Est enim omnis iustitia meritum. et omne meritum ex libero arbitrio. si; liberum arbitrium semper ad futurum. et non ad presens. et ad preteritum. Id est nunc est non potest esse non. et quod nunc est non potest esse. et ideo in potestate libi arbitrii non est. Non igitur erant libi arbitri ut tunc essent boni quod erant ex creatione. et mali quod non erant. si; in posterum tantum. sicuti aliquis sedens in potestate habet ut stet. si; non tunc. Non enim potest ut tunc stet si; in futurum. et ideo dicimus eos in principio creationis. non habuisse aliquam iustitiam uel iusticiam et alia. nisi accipiamus iustitiam naturalem. ut rationem et ingenium et huiusmodi. Nec possumus dicere quod iniusti essent. quia sine uitio erant. et cum essent sine uitio non erant miseri. cum pena non precedat culpam. Nec tamen habent. quia non fuerunt creati in beatitudine. si; ad beatitudinem.